



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 66. Polonis quoque, & Lithuanis Jubilæi indulgentiæ a Papa concessæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A. C. 1451.

§. LXVI.

Polonis quoque ac Lithuanis jubilæi indulgentiæ a Papa concessæ.

Michov. l. 4.
c. 59.
Crom. l. 22.

Cardinalis Sbigneus Cracoviensis Episcopus, ut Poloni quoque ad subsidia adversus Turcas ferenda allicerentur, Polonis, atque Lithuanis Jubilæum concedi, subditosque, ne pro lucrandis indulgentiis Romam peregrinari gravarentur, eximi rogavit, ea tamen lege, ut quisque dimidium ejus, quod in itinere Romam impensurus esse videretur, quæstoribus elargiretur, ex ea vero pecunia sic collecta dimidium Regi in expensas belli contra Turcas gerendi cederet, de reliquo dimidio quartam partem Sophia Regina in dotem egentium puellarum acciperet, altera tandem Pontifici pro reparandis Urbis Romanæ Ecclesiis mitteretur: sed cum facto censu hæc summa nimium gravis crederetur, non media sed quarta duntaxat pars ad fabricas destinata fuit, quæ tamen ad ingentem adhuc pecuniarum vim excreverat.

§. LXVII.

Græci ad abjurandum schisma a Papa admoniti.

Cum interim omnia ad bellum, quod Principibus Christianis ab infidelibus impen-